

567

Littere ad Cardinalem Saulium.

65

Iniunctimus nuntio nostro congratulationis causâ ad  
ad Sanctissimum Dominum n<sup>ost</sup>rum ablegato, ut unâ  
nostro nomine Sanctitati sue supplicaret de subsidio  
pecuniario pro bello Livonico, et Suetico contra Sue-  
dum principem communibus hereticorum armis  
obnoxium gerendo. Quod nos à Sanctitate eius eo faci-  
lius impetraturos confidimus; quò magis excelso  
apostolice providentiæ iudicio impendit in summum  
rei Christiane discrimen vocari; regnumque n<sup>ost</sup>rum  
superioribus bellis contra Moschorum, Turcarum, Tar-  
tarorumque imperatores continenter gestis vehemen-  
ter exhaustum esse. Qua in re Illustritas vestra autho-  
ritatem suam apud Sanctissimum Dominum n<sup>ost</sup>rum  
interponat, negotiumque id tum nostra, tum religio-  
nis Catholice causâ studiosè promoveat, amantes  
ab illa postulamus.

Je vous prie de m'en excuser  
car j'ai été malade de la  
fièvre pendant plusieurs  
jours et n'ai pu écrire  
plus tôt. Je suis maintenant  
de mieux en mieux et  
espère que je pourrai  
vous écrire plus  
souvent. Je vous prie  
de m'écrire quand  
vous aurez le loisir.  
Je vous embrasse de  
toute affection.  
Catherine